



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 35. Bellum in Hungaria contra Turcas, & seditiosos continuatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII.
A. C. 1606.

§. XXXV.

Bellum in Hungaria contra Turcas & seditiosos continuatum.

Han Panon. Interim in Hungaria tam Rudolphus nova & vet. Cæsar, quam Achmetes Turcarum ad ann. 1606. Imperator bellum quasi novum parabant. *Merc. Gallo* Imperator bellum quasi novum parabant. *Belg. annal.* haud obscurio inditio, quod ambo patem. 6. l. 1. cem desiderarent: præprimis vero Turcæ Sagredo hist. della Monarch. Ottom. cæ numero haud plures quam quinquaginta die ad promovendum pacis negotium præstituta Jaurinum pervenere in urbem intromitti postulantes: Præfidiarii proximæ pacis fiducia decepti civitatis portas ultiro aperuissent, nisi a quodam milite vigilias agente admoniti fuissent, quod tria Turcarum milia sub densa nebularum caligine latitarent. Feliciori eventu Heiducci rebelles Toccaiam urbem non tam armorum quam famis violentia subjugabant, Epperia vix non ad easdem angustias redacta. Cum vero milie circiter Tartari die decima septima Mensis Aprilis superato ad Budam Danubio Albam Regalem versus prædabundi excurrerent noctu a Cæfareis obruti non sine suorum clade, opimam, quam abegerant, pecorum prædam amisere: eodem quoque Mense sex Turcarum millia in Liparam inopina vi irruere parabant: astre com:

compta Hussari, qui simulata fuga in Sæc. XVII.
insidiis latebant, Turcas tumultuario A.C. 1606.
impetu in urbem penetrantes tanto fu-
rore aborti sunt, ut bis mille trucidatis
cæsoque Bassa ceteros in fugam age-
rent. Hæc tamen clades Barbaros in
Christianorum excidium intentos mini-
me absterrebat, quo minus rebelles Hei-
duccos, qui numero quindecim mil-
lium haud minores erant, ad vastan-
dam late regionem, promissis etiam pe-
cuniarum subsidiis animarent.

§. XXXVI.

Pacis negotium Cæsarem inter & Hun- garos rebelles maturatum.

Hucusque iterata pacis conciliatio *P. Calmet*
optato caruit successu, reluctanti- *hist. Univers.*
bus semper Hungaris Protestantibus, *lib. 153.*
qui exclusis Ecclesiasticorum suffragiis *Trinan. i. 136.*
sibi de privilegiis & sectæ suæ profitendæ *Hertenberg.*
libertate satis superque caveri postula- *hist. Prag-*
bant. Ex adverso autem tam Bots-
kaius quam Illishascius ad pacis con-
silia propensum exhibebant animum:
Horum pariter votis accesserat Matthias
Austriæ Archidux, qui amplissima po-
testate, quam a Rudolpho Cæsare fra-
tre suo habebat, præprimis domesticos
in Hungaria motus componere statuit.
Hanc in rem Falkensteinum, Mollar-
Hist. Eccles. Tom. LIV. G tum,